

*Sammelband von Dina*



*U. g. 1975*

IV

CONCLVSIONES

*Disputationis 11. Lib. 2. Inst.*

DE

ACQVIREN-  
DO RERVM DO-  
MINIO

*Ex posteriore tit. 2. parte ad finem usq;  
lib. 2. Inst. Imp. cum concordantibus Iuris  
civil. & canon. textibus.*

QV AS

Aspirante divino afflatu

PRÆSIDE

NOBILISSIMO CLA-  
RISS. ET CONSVLTISS. VIRO

Dn. ARNOLDO DE REYGER IC,  
ET IN INCLYTA SALANA ACADE-  
mia professore Pandect. pub. ordinario,

*Privati exercitii gratia enucleandas proponit,  
proq; ingenii modulo tutari conabitur*

Horâ locoq; solitis.

IOANNES PAVLVS ROTH.



I E N Æ

TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.  
ANNO CL. MD. XCIV.



NOBILISSIMIS, AMPLISSI-  
MIS; VIRTUTE, PIETATE, SAPIENTIA,  
LONGO DIVITURNOQUE RERVM VSV ET EXPERI-  
entia eminentissis viris: Domino IOANNI SCHERMA-  
RIO I. V. D. inclytæ ac celeberrimæ Reip. Ulmensis  
Advocato dignissimo: Domino nec non  
LUCAE BERLINO: V. I. D.

ILLVSTRISSIMIS PRINCIPI-  
bus ac Dominis D. PHILIPPO LUDO-  
VICO Palatino Rheni Duci Boaria, co-  
miti in Veldenz & Spanhaim, &c.


ET

DOMINO FRIDERICO DVCI VVIR-  
TEMBERGICO ET TECCENSI. COMI-  
TI MOMPELGARDENSI. A CONSILIIS,  
prudentissimo. Avo & cognato suo sum-  
mè colendis

*In promptissimi obsequii testimonium & grati  
animi significationem hasce positiones di-  
cat, offert, consecrat.*

Ioann. Paulus Roth,





Continuatio.

Duo sunt expositi acquirendi rerum dominia Iure-  
gentium modi : restant duo , accessio & traditio :  
de quibus nunc agemus.

T H E S I S I.



ACCESSIO est : quando res alterius accedit  
rebus nostris. Et alia naturalis est : alia in-  
dustrialis. Illa vel rei nostræ fit occasione,  
vel alienæ.

*Arg. §. 19. cum §. seqq. & §. 30. cum §.  
seqq. Inst. de rer. divis.*

2.

Atq; sic priori modo foetus animalium, & partus an-  
cillarum, quæ dominio nostro subiecta sunt, nobis acqui-  
runtur. Idem est in fructibus quibuscunq; ex re nostra.

*d. §. 19. item ea. l. h. t. l. partum. l. doce ancillam C. d. rei  
vendicat. l. idem Pomponius §. idem ff. eod. l. de eo §. si quis ff.  
ad exhibend.*

3

Et quod per alluvionem agro tuo flumen adiecit,  
Iuregentium tibi acquiritur. Est autem alluvio incremen-  
tum latens: Vnde, si quam partem fundo tuo vis fluminis  
detraxerit, & vicino attulerit, tuam permanere palam est.

*§. præterea. 20. cum §. seq. l. h. t. l. 7. §. 1. & 2. ff. eod. vid. l.  
1. in fin. C. de alluv.*

4.

Sed inundatio fundi nihil Iuris adimit suo domino,  
cum neq; speciem agri mutet, neq; dominium transferat,

A 2

sed



sed si aqua recesserit, palàm est, eum fundum eius permanere, cuius & fuit. Quod & in circumluvione obtinere verisimiliter putamus.

*§. alia sanè 24. l. cod. d. l. 7. §. 6. l. 30. §. 3. ff. eod. §. Insula 22. vers. quod si aliqua Inst. eod. Nisi fuerit ex longo tempore in prædio iuncta vel arbores cum illa parte terra adiectæ egerint radices in eum fundum, sc. vicini tui §. 20. & 21. h. t.*

5.

Insula in mari nata occupantis sit *a*. Sed hoc magistratus hodiè, qui Iurisdictione maris habet, occupantis prærogativam sibi vindicavit *b*.

*a §. Insula d. l. 7. §. Insula l. 30. ff. h. t. l. 1. §. si Insula ff. de flumin. b Dd. in c. un. qua sint Regal.*

6.

Insula verò in medio flumine nata, siquidem mediam partem fluminis tentet, communis est eorum, qui ab utraq; parte fluminis propè ripam possident, pro modo sc. latitudinis cuiusq; fundi, quæ propè ripam sit: Quod si alteri parti proximior sit, eorum est tantum, qui ab ea parte propè ripam prædia possident.

*d. §. Insula d. l. 7. §. Insula.*

7.

Idem dicendum erit de alveo fluminis derelicto: nisi si quod ager tuus alveus factus sit publicus; quod si tantum inundatus fuerit, ager tuus manebit.

*§. quod si 23. cum seq. d. l. adeò §. quod si & §. aliud sanè ff. eod.*

8.

Rei alienæ occasione nobis acquiruntur fructus, si bona fide eam possideamus: aut eius usumfructum nobis constitutum habeamus.

*§. si*

*§. si quis à non domino 36. cum §. seq. l. h. t. l. bonafidei  
in pr. 38. l. numquam nuda ff. de acquir. rer. dom. l. qui scis  
25. de usufr. l. 22. C. de rei vindicat.*

9.

Etenim malæ fidei possessor omnes restituere cogitur tam perceptos quam percipiendos: tam consumptos, quam extantes.

*l. si pignore 22. §. 2. de pignor. act. d. l. certum 22. C. de rei vindicat d. §. si quis à non domino l. fructus 33. ff. de rei vindicat.*

10.

Sed nec fructus suos facit, qui bona fide rem accipit, deinde alienam esse cognovit. Verendum namq; ne non ille sit bonæ fidei possessor. Idemq; iuris in bonæ fidei possessore post litem contestatam.

*d. l. b. f. 48. ff. h. t. Cuiac. ad Afric. tract. 7. ad l. 40. h. t. pag. 328. d. l. 22. C. de rei vind. Borch. d. §. si quis non domino sed rei de Wesenb. 5.*

11.

Sed neq; omnes fructus bonæ fidei possessor lucratur. Etenim industriales suos facit: naturales interim, h. t. quo ad res evincatur: quo facto rerum nomine tenetur, nisi forte eos ulu ceperit.

*d. l. b. fidei h. t. d. l. fructus 25. de usufr. l. 4. §. fructus de usurpat. & usu cap. Cuiac. & Borcholt. dd. loc. Diss. variè Dd. Joann Copus tract. de fructibus tit. 4. c. 6. Covarunt lib. 1. c. 3. n. 6. variar. resolut. Donell. 4. comm. l. c. 25. Anton. Faber 4. coniectur. 17. Wesenb. d. §. si quis à non domino num. 10. Schneid. num. 5.*

12.

Verum de naturalibus, nunquid omninò tenetur,  
A 3 aut

aut verò quatenus locupletior est factus? Quod æquius arbitramur.

*Arg. l. idem servand. 72. de leg. 2. l. 1. i. C. de petit hered. vide Anton. Fab. d. loco. 1.*

13.

Sed & is, ad quem ususfructus fundi pertinet, non aliter fructuū Dominus efficitur, quàm si ipse eos perceperit: nondum verò perceptos ad heredem non transmittit, si contingat, ut iam maturis sed adhuc pendentibus sivestantibus decedat.

*§. is verò 37. & ib. Borch. Inst. h. t. d. l. qui scit §. 1. l. si usufructuar. 13. ff. quib. mod. usufr. vide Cuiac. in c. unic. §. pen. Hic fin. lex, deinde incip. consuet. feud. usibus feud.*

14.

Maritus autem qui fundos dotales conferuit, & ante perceptionem mortuus est, fructus etiam nondum maturos ad heredem transmittit.

*Wesenb. in addit. ad Schneid. in d. §. is verò.*

15.

Idem & in vasallis feudo aperto obtinet.

*Hartmann. Pistor. IC. nobiliss. lib. 1. quest. iur. 9. 24. n. 17.*

16.

Eadem ferè de colono dicuntur.

*d. §. is verò, rei fin. l. 60. §. locavi ff. de furt.*

17.

Artificialis accessionis plures sunt species. Prima ædificatio: in qua ita ius est: ut si quis in suo solo ex alienâ materiâ ædificaverit, ipse ædificii dominus intelligatur. Dominus autem materiæ actione de tigno iuncto, fuerit, duplum suæ rei si tignum furtivum fuerit consequitur.

*§. cum*



*§. cum in suo 30. & ibi Gothofred. & Borch. Inst. h. t. d. l. 7. §. cum in suo 10. ff. eod. l. pen. §. Labeo ff. uti possidet.*  
18.

Quod si consecutus non sit, & ædificium fortè ex casu diruatur, materiam vindicare, & ad exhibendum agere potest.

*d. §. cum in suo vers. quod si aliqua h. t.*

19.

Ex diverso, si quis in alieno solo ex sua materiâ domum ædificaverit, illius fit domus, cuius est solum.

*§. ex diverso 31. Instit. h. t. d. l. 7. §. 12. Borch. in §. certè h. t.*

20.

Non incommodè hoc loco à Dd. moveri solet ardua & confragosa quæstio de impensarum repetitione. Nos tuebimur necessarias impensas tam bonæ *a*, quàm malæ *b*, fidei possessorem deducere, vel repetere, vel etiam rem, in quam factæ, retinere, donec ipsis de sumptibus satisfactum sit *c*.

*a l. si, à dominio 36. §. ult. ff. de petit. heredit. l. fundus 51. in fin. pr. ff. fam. Erisc. b l. domum 5. C. de rei vindicat. c l. qua ratione in fin. c. pr. de acquir. rer. dom. d. §. ex diverso 30. vers. certè illud, ubi Borch. l. h. t. l. domum 38. de leg. 1. l. si quis sciens C. de rei vindicat. Cuiac. 10. obs. c. 1. Qui distinguunt inter æquitatem & strictum ius & rectè. Dissentiunt Wesenb. in d. §. ex diverso n. 33. Mynsing, in §. certè, Dwell. 4. comment. 33.*

21.

Vtiles bonæ fidei *a*, possessor, licet res amplius non extet, petit *b*: prædo minimè, si modo paratus sit dominus, ut sine rei, in quam factæ sunt, detrimento tollantur *c*.

*A 4*

*a l. sum-*

a *l. sumptus 48. l. sin autem 27. §. ult. de rei vindicat. l. si natus 43. §. Marcellus d. leg. 1. l. si in area 16. C. de rei vind.*  
b *l. planè 38. §. fin. ff. de petit. heredit. c l. Iulianus 37. in fin. de rei vindicat. d. l. domum 5. C. eod. d. l. planè l. utiles 39. §. 1. de petit. heredit.*

22.

In voluptuariis impensis itidem differentia ponenda est, inter bonæ & malæ fidei possessorem; quod ille huius modi impensas per doli exceptionem servet, vel duntaxat, quatenus sine incommodo fundi fieri potest, tollat a. Hic autem & hoc casu facultatem habet tollendorum eorum, quæ sine detrimento ipsius rei auferri possunt b.

a *l. fundus 38. §. Constituimus ff. de R. vindicat. l. si voluptuariis 9. ff. de impens. in res dot. l. 3. §. proinde ff. de in rem verso. l. utiles 39. ff. de petit. heredit. b d. l. utiles 39. §. ult. fac. d. l. dom. & d. l. Iulian. & c. Atq; ita in voluptuariis & utilibus impensis in prædonis persona eandem prorsus rationem constituendam putamus.*

23.

Vt ædificium solo accedit, ita planta, modò radices egerit. Quod idem in fatione affirmandum.

*§. si Titius 32. cum §. seq. Inst. h. t. d. l. 7. §. fin. l. qua ratione 9. ff. eod.*

24.

Literæ licet aureæ, chartis membranisque cedunt. Quod & hodiè obtinet. Picturis tabulæ cedunt.

*§. litera 34. cum §. seq. Inst. h. t. d. l. 9. §. 4. Diss. Mynsing. d. §. 34. num. 6.*

25.

Inde sequitur, pictorem tabulam vindicare posse, pretio tabulæ soluto: alioquin per doli exceptionem sub movebitur: Et dominus tabulæ utilem habet vindicationem

cationem contra pictorem soluto picturæ pretio; alioquin & hic doli exceptione repellatur.

*d. S. si quis in alienâ Inst. h. t. d. l. 9. S. 2. eod.*

26.

Supereſt TRADITIO, quæ eſt de manu in manum translatio. Eſtq; alia NATURALIS alia CIVILIS.

*S. per traditionem 41. cum S. interdum 44. h. t. arg. l. si ego 11. de publ. in rem act. Theoph. d. S. 41. Borch. eod.*

27.

CIVILIS eſt, quâ res in corporales & ſervitutes dantur, quod fit quando ire, agere, uti frui aliquem patior.

*d. l. 11. de publ. in rem act. l. 3. in pr. ff. de usufr. l. 1. in fin. de ſervit. Ruſt. prædiorum.*

28.

NATURALIS eſt quæ in corporali rei apprehenſione conſiſtit. Eaq; vera vel q. traditio.

*d. S. 41. & S. 44. h. t.*

29.

VERA conſtat. Quasi TRADITIO fit ſignis quibusdam, ut clauium traditione, confuſione, instrumenti conſignatione, deguſtatione & aliis plerisq; modis.

*d. S. inter d. h. t. l. clauibus 74. de contrah. empt. ub. & Gothofred.*

30.

Fit ea vel à Domino vel non Domino. Illo caſu, ſi res ex iuſtâ cauſâ tradatur, dominium in accipientem transfertur, modò bona fide accipiat.

*d. S. per traditionem tot. tit. Inſtitut. & ff. de uſurp. & uſucap.*

31.

Venditæ verò res & traditæ, non aliter emptori acquirun-

runtur, quam si is venditori precium solverit vel alio modo satisfecerit.

*S. vendita l. h. t. l. quod vendidi 19. de contrab. empt. Spec. de empt. & vendit. S. 1. vers. tradere.*

32.

Nihil autem interest ipse Dominus rei, an alius eius nomine rem tradat. Unde Procurator cum libera, tutor, curator rem venditam, creditor pignus venditum tradere potest.

*S. nihil 45. l. h. t. d. l. 9. S. nihil t. tit. ff. de administr. & pericul. tutor. l. non est novum ff. de acq. rer. dom.*

33.

Hoc amplius, interdum & in incertam personam collata voluntas Domini transfert proprietatem: ut si missilia in vulgus iaciantur.

*S. hoc amplius 46. h. t. d. l. 9. S. hoc amplius.*

## A V C T A R I A.

I.

Procurator liberam administrationem habens, an viduis alienare possit?

*Affirmat Cuiac. in S. nihil h. t. Neg. Donnell. 4. comment. 15. Duar. c. 9. de Procurat.*

II.

Fructus alios naturales, alios industriales esse nec alia species est recipienda.

*Cop. de fructib. lib. 1. tit. 2. c. ult. Mynsing. in S. si quis à non Domino.*

Bonæ

### III.

Bonæfidei possessorem lite demum contestata fieri malæ fidei possessorem iuris est manifesti, quicquid alii contradicant.


*l. qui scit 2 §. in fin. ibi quamdiu fundus erectus fuerit ff. de usur. l. 2. C. de fruct. Et lit. expens. l. cum fundus 3. ff. de reb. credit. l. certum C. de rei vindic. Abb. in c. gravis de rest. spoliat. Schneid. ad §. si quis à non domino n. 5. f. b. t. VVesenb. in supplem. ad Schneid. tit. de offic. iud. n. 7.*

F I N I S.



III  
The first part of the book is devoted to the history of the  
country from the earliest times to the present day.  
The second part contains a description of the  
natural history of the country, and the third part  
contains a description of the political and social  
condition of the country at the present time.

FINIS



99 A 6904

ULB Halle 3  
004 976 38X



TA 30L







LV

CONCLUSIONES

*Disputationis 11. Lib. 2. Inst.*

DE

ACQVIREN-  
DO RERVM DO-  
MINIO

*Ex posteriore tit. 2. parte ad finem usq;  
lib. 2. Inst. Imp. cum concordantibus Iuris  
civil. & canon. textibus.*

QVAS

Aspirante divino afflatu

PRÆSIDE

NOBILISSIMO CLA-  
RISS. ET CONSULTISS. VIRO

Dn. ARNOLDO DE REYGER IC,  
ET IN INCLYTA SALANA ACADE-  
mia professore Pandect. pub. ordinario,

*Privati exercitii gratia enucleandas proponit,  
proq; ingenii modulo tutari conabitur*

Horâ locoq; solitis.

IOANNES PAVLVS. ROTH.



I E N Æ

TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.  
ANNO CL. MD. XCIV.

